


Sala	V-T.
Gab.	20
Est.	8
Tab.	16
N.º	

 Damiani Goes

EQVITIS LVSITANI,  
NI, DE BELLO CAM-

GRATIA ET PRIVILEGIO

COMMENTA-

RII TRES.



LOVANII,

*Apud Seruatium Sassemum Diestensem. Anno*

*M. D. XLIX. Mense*

*Januario.*

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.



GRATIA ET PRIVILEGIO

Maiestatis Imperatoris

Concessum est soli Seruatio Salseno typographo  
Academix Louaniensis, vt excudat, distribuatur, ven-  
dat, Damiani Goes Equitis Lusitani de bello Cam-  
baico vltimo Cōmentarios tres, Interdictumq; alijs  
omnibus, sub poena centum Coroleorū aureorum,  
idem Seruatio applicandorum, &c. Ne quis prox-  
imis quatuor annis, eos Commentarios, in his citerio-  
ribus regionibus presumat imprimere, neq; alijs lo-  
cis impressa importare, vendere, aut distribuere, lus-  
tra literas patentes super eodem negotio expeditas  
Bruxellæ. Anno Domini M. D. LXXVIII. Nouēbris  
20. Subsignatas,

Facuere,

Serenissimo Principi

LVDOVICO LVSITANÆ

INFAVNTI, DAMIANVS

Goes,

S. D. P.



**M**IRVM EST, QVAM SEMPER  
cum etate accrescunt labores, & deficientibus pau-  
larim verbis, maiora negocia incambant, siue ad ar-  
cano quodam natura motu, numiniq; imperio contingat, siue do-  
lantate nostra ad vltro suscipiatur, vix certum consilium potest.  
Mibi certe euenire video, quo propter ad senectutem vergo, eo plu-  
ra offerri, qua scriptis ad aternitatem commendari debeant. Ea  
enim sunt facta proclara vestra gentis, et magnitudo varietatisq;  
rerum, et nouitas insularum climatunq;ue, et si denus aliquis Ho-  
merus exurgeret, posset non incommode ex Rebus Lusitanis, &  
Ithacis & Odyssea argumentum non fabulose, sed ex vero compo-  
nere. Sed hec forsas alius tentabimus. Nunc qua proximi alta  
sunt ad Gangem in tuenda arce Diensi, describere propositum est.  
Ex quo enim tua humanitas, Princeps clarissime, & in bello ge-  
rundo Dux strenuissime, nobis recitavit literas Ioannis Masca-  
regna Diensis arce pax facta placata, & triumphorū argumen-  
tu plena: non potui mihi imperare, quam arripeo calamo, octioque  
excussio eius rei commentarios conficerem. Quis laborem merito,  
fortasie ob non nullas lucubratiunculas subterfugere potuisse-  
mus, quippe qui iam pridem emiserimus, quod mihi non ad salutem  
nostram ingenij, sed ad testimonium laboris dictum velim) priorem  
allem Diensem oppugnationem, ubi in sine opusculi aduocata est

A 7 nonnulla

nonnulla disceptationicula cū Paulo Ionio viro disertissimo. Deinde fidem, mores, potentiamque Aethiopum (qui sub Ioanne Preposito fuerunt) de nunc loquimur sub Ioanne Presbytero degnos scripto prodidimus. In quo libello, vice Coronidis, deplorandam Pilatorum ad placidam Oceanum deprimam calamitatem, Paulo tertio Pontifici proposuimus. Præterea Hispaniarum vires, opes succundatamque libo complexi sumus. Hisce commentariunculis, licet quasi satietatis rudem mihi, nisi non in perpetuum, saltem ad tempus postulare possem: tamen ubi noua gloria nostræ gentis de Tarco pertrahitur, in unum animum deuotum accendisset, in re noua nouum deperamque animū ad scribendum induit. Quid si nobis pro animi alacritate per ingenij diu & eloquentiæ copia suppetere: melius sese prouidet hominibus rerū vestrarū amplius udo, quā fortasse alius alias prestabit. Nos contenti eramus, de summa fide re tradidimus, ut si lectus non uideat ex nobis, quanta sit claritas magnitudoque istius uictoria, animo saltem excipiat, & uicemque imaginetur. Ceterū hoc quicquid est libelli tibi dicatū volumus Principi inchoitæ, cuius felici consilio bellica hæc negotia domi forisq; relictissima tradidit. Quod sane iam antea satis te declarasse in Tumerijs expugnacione, omnibus cūpertum est, ubi Carolo Quinto, cognato & seruo tuo, in difficilioribus negocijs præsto semper adfuisse, & præsens tuam animi excellentiā, uirtutē, & rerū bellicarum perita in uniuerso orbis inuocasse uoluisse. Quū uicem id & a te & a clarissimo fratribus tuis Ioanne Teresio, inchoitiss. Rege nostro, & Hærico Cardinale reuerendiss. agatur: de æternū in India sit Lusitanorū imperiū non potuit hæc libellū de rebus Indici tibi uniuersū futurū, præsertim si in mentē ueniat, de inter legendū necessariū est uenire, quā fortunā auspiciū Reij, quas vires tua in bello pertrahit, quid tunc, Cardinalis in prouidēdo sagacitas ad hæc uictoria cōtulerit, & quid in posterū usitū effici & sperari possit. Accipias igitur sermo placidusq; uultu hanc nostri deuoti pectoris operā, quod te facturū prout humanitate nequaquā oblitus. Vale.

Damiani Goes equitis  
LVSITANI, DE BELLO  
CAMBAICO, COMMEN-  
TARIVS PRIMVS.



Ollatorum beneficiorū pluma leuior est gratia, contra offensarum memoria tenax & diuturna, obliuionem non sinit obreperere, nec tam expendit iurēne an iniuria sit laxa, sed uulnus tantummodo suum aspicit, & acri dolore ad uindiclam per aqua per iniqua contendit. Cuius rei euident exemplum patuit in gente Cambaica, quæ à nostris hominibus multis afflictæ beneficijs, oppressa earum rerū memoria, eadem (quam sub Antonio Syluerio sua culpa acceperant, dum Diense præsidium, cui ille per id tempus præerat, infelicibus armis tentant) quasi acceptam iniuriam noua oppugnatione uicisci statuerunt, id quod melius succederet, belli consilia, quantum possent, tēgere, arma opesq; ad id clam cōparare, ut imparatis vel per insidias obreperent, vel aperto Marte, ex præparato grauius adorirentur. Sed Ioannes Mascaregnas, cui arcis custodia demandata erat, uir non minus sagax, quā fortis pectore, omnia olfacere ac procul lens

tire, eorum consilia conatusq; explorare, omnia pro temporis angustia comportare ac præparare, quæ ad vim hostium propulsandam necessaria existimabat.

Autor porrò cõflatõr q; istius belli Cõsius Sopharus fuit, homõ natione Italus, sed q; spreto Christiani nominis sacramẽto, Mahumeticæ sectæ se addixerat, dux veteranus, ac in primis belli peritus, cõsilio manũq; prõptus (cuius mentionẽ in superiori oppugnatione Diensi fecimus) Hic adolescẽtẽ Mamudũ Sul tanũ ad arma instigare, nec finire eius animũ, à commemoratione occisi ad Diũ auunculi, conquiescere. Fuit autẽ is Baduris, Imperator Cãbaix, Nõ debere eius manes inultos relinqui, & eius (vndẽ regnũ accepit) mortẽ negligi, q; tenere id ad ipsius ignominiam & familiæ dedecus, ac totius gẽtis infamiã, exiguã manũ Lusitanorũ facile posse p; bellũ finibus excuti, Indignũ prorsus, maximũ regẽ premi seruitute alienigenarũ, dominatũ cõspicere in regia, regnũ deniq; & religionẽ in periculũ venire: se quicq; haberet viriũ (quæ pfectõ exiguẽ nõ essent) libetẽ huic bello associaturum. Vinctẽ huic admonitionibus iuuenilis animus, ac de sententia suorũ, bellũ decernit, belliq; summã Sopharo cõmendat. Is clanculũ partim ex regis opibus, partim ex suis magnos exercitus cõparare, neq; eius religionẽq; fœderis initi ab interfecto Badure cũ Protege Gratiano Noregna, q; curare.

Principio

Principio igit finitimos reges legationibus ad societate vocare, speliq; periculãq; ostentare, quorũ pluresq; nostrũ imperiũ perosi, arma iungũt, alij magna promittunt, alij se integros ad euentũ belli seruant.

Quæ dum maximo silentio ex vtriusque consilio aguntur, fingit Sopharus Diensium ciuitatẽ sibi ab Imperatore Mamudio dono datam esse, Quæ res eo verisimilior videbatur, quòd & alia in ditone Cambaix oppida vel gratia vel precio obrinuerat, è quibus vnum est Surrato, munitissimã ciuitas ac propemodũ inexpugnabilis, ideòq; intuenti reliquã eius viri amplitudinem & gratiam, absurdum non videbatur tale donum in virum tãtopere apud suos excellentẽ collatũ fuisse. Cuius impetratio ideò facilior apparebat, quòd ea ciuitas subinde nũc Turcarum, nũc Lusitanorum armis expugnata, incerti fluctuantisq; dominij esse videbat: speliq; erat, si Sopharo tradita fuisset, eius industria & viribus facile contra alienas opes defendi posse. Rebus ad istum modum constitutis, Sopharus literas ad Ioannem Mascaregnam mittit, (cuius amicitia valde familiariter vtebat) de sua felicitate tanq; inde magnopere gauisurũ, indicabatq; se iã nõ animo tantum, sed corpore quòq; cũ amico sũmo cõiũctiorẽ fore. Simul Legatis opa data est, vt vires nras copiasq; explorarẽt, hominẽq; orarẽt, vt ipsius pace liceret, aliquot cohortes in

vrbem

urbem introducere, ut in rebus novis ea manu sibi principatū confirmaret, populūq; in officio contineret, ne vel contra se, vel cōtra Christianos aliquid molirent. Ipse interim clam militem accersere, bombardāsq; noctu in urbem conuhere: Mascaregnas contrā, rem frumentariam expedire, necessariāq; in arcem comportari iubere, Lusitanōsq; qui in oppido agebant, clam admonere, ut commeatum & quicquid haberent, vna secum in arcē deucherent. Dum igitur insidiae altrinfecus vel instruuntur, vel cauentur: nunciij aduenientes referunt, totū regnum Cambaix esse in armis, ingentes exercitus cogi Arabum, Abessinorū, Phartachorum, Mogorum, & Turcarum, ad quadraginta millia. Machinas item bellicas bombardāsq; omnis generis, inter quas erāt quinque basilisci (vastē id magnitudinis tormentum) ad arcis expugnationem comportari, Mascaregnas cōtrā (ut est homo rei militaris peritus) omnia dissimulare, ac per literas Sopharo gratulari, quōd Regi ex merito charus esset, se probē cognoscere, quē ipsius essent beneficia in regnum Cambaix, ac in primis gaudere, ipsius virtutes debitis præmijs, si nō ad plenū (nam maiora esse illius merita) saltem aliqua ex parte compensari: De milite in oppidum introducendo, se illius iuri non intercedere, tantum caueret, ne id sibi Christianisq; perniciosum esset, Cæterū ut de rem

pore

pore conflēt, acta sunt ista sub finem Martij, Anni M. D. XLVI. Paucæ igitur cohortes palam, cæteræ clandestinè in urbē intromissæ sunt. Mense Aprili maior adhuc copia armatorum superuenit, quorum pluresq; Turcici generis erant. Enimuerō iā Sophari animo res matura videbatur, neq; differēda vltierius initia belli, dū hyemis intempērie, quę per ea tēpora struere incipit, nulla subsidia Christianis à prorege Indix summitti possent. Mascaregnas autē (magis ac magis se quotidie aperiente bello) de hoc tumultu, summa celeritate ad Ioannē Castritiū proregē Indix (qui id tēporis Goix agebat) nūcios mittit, ut cognosceret, quo in metu res cōstitutę essent: se cōtra tātam vim nō nisi ducentos quinquaginta milites in præsidio habere. Eadem indicatur Hieronymo Menesio, & Antonio Sofæ, Bazaini & Chaulij præctis, Liburnica quę eos deucheret, ad id negocij expedita, simul in mandatis datū, ut cōmeatum quē hostis ex illis locis deuecturus esset, interciperēt, ac naues ea causa illuc missas retinerent. Sopharus porrō quinque millibus Turcarū, Abessinorū, aliarumq; gentiū, urbem ingreditur: quē circiter triginta millia latomorum, calonū, lixarum, cæterorumq; qui Castrensibus vltibus mercenariā operā pstant, insequēbant. Aderat etiā Rumeccanus Sophari filius, quē rex Mamudius bombardarum omnium, machinarum, tormentos

B

rumq;



rumq; negocijs preſecerat. Statim igitur ab ingreſſu ſuo nuncios ad Maſcaregnam mittit, orans, ne de ſu bito eius aduētu, copijsque militum, aliquid liniltri opinaretur: rebus duris & regni nouitate ad talia cō ſilia compullum eſſe, ægrè ferre oppidanos mutatio nem principis, nec imperium ſibi in tāta maleuolens tia, ſine armis tutum eſſe poſſe, ipſumque adeò ſcire, quàm ſcelerata ingenia incolarū eſſent, quàm pro ſa ad ſeditionem: Teſtari igitur illius conſcientiam, orareque, ne quod pro ſe neceſſariò faceret, contra amicum feciſſe crederetur: Se inter bonas ſuas fortu nas hanc pro ſumma computare, quòd tam charum caput, iam non ex longa intercapedine, ſed de proximo viſurus eſſet. Quòd ſi per ſuſpicionē à colloquio arceretur, ipſum tamen experimentis cogniturum, quòd fortaſſe iā perſuaderi non poſſet: ſcilicet, quàm ſanctum illi ſit ac religioſum ius veteris amicitie.

At Maſcaregnas his nuncijs auditis, tamen doli non ignarus, diſſimulacione tamē pro tēpore vtens dum arbitratus, Simonem Phicum virum ſolertem, prudentemq; ad eum per ſpeciem gratulandi mittit, libiq; aduentum eius gratum eſſe, cauſamque tanti ſatellitij probam videri renunciat, ſeq; nunc auidè expectare, vt deſyderata toties familiaritate, iā nunc deinceps multo frequentiq; vſu ſeſe explerent. Sos pharus hominē magnificè excipit, exceptumq; cum ijs mandatis

ijs mandatis remittit, vnde nihil præter cauſas belli affectare videbatur: in ſcedere eſſe (ſcilicet) quòd Ma mudius cū Prorege Gratiano Noregna percufferat, vt liceret murū excitari ex aduerſo arcis, qui iniurias militū præſidiariorū ab oppidanis intercluderet, quò quietſcentibus hinc inde offeſis, pax bona cōſeruari poſſet. Tentatā eſſe quidem eius muri ædificacionē, ſed armis Emanuēlis Soſæ opus prohibitum fuiſſe, nūc cupere ſe, quòd ex ſcedere liceret, bona eius gra tia abſoluere, Sin ſecus animatus eſſet, ſe cōtra vim arma oppoſiturum. Ad hæc placere ſuo Regi, vt liſ berum lit ius nauigandi, tam in rebus exportandis, quàm aduehēdis, & vt cuiq; integrū lit, merces ſuas deſerre quo vellet, neque eiufmodi comœandi auſ thoritatem à Luſitanis petēdam eſſe: Non enim res gem potentillimum eā indignitatem ſeruitutis am plius ſuſtinere poſſet: ſcire Luſitanos, quæ vires eſſent eius imperij, ipſum tamen potius per gratiam ab il liſ petere, quòd armis obtinere poſſet, proinde ne grauarentur amicitie date, quòd neceſſitati fortaſſe dandum eſſet, Magnificere Regem Luſitanos, ac dempta ſeruitute amaturum quoque, ſociūmque ad omnes neceſſitates futurum, alioqui ius ſibi armis ereptum, armis quæſiturum eſſe. Viderent igitur, ne dum iniqua retinēt, omnia amittant: ſe hoſte, omnia circū circa hoſtilia futura, ipſos eſſe intercluſos hye

me ab omnibus suorum subsidijs, manum exiguam esse intus in arce. Hæc se denunciare regis sui nomine, se (quod amici est) Mascaregnam admonere, ne bellum perniciosum in se suosq; excitet, vitaret eam flammam quæ semel exorta Lusitanicas res in India in cinerem absumat. Quod si æqua negentur, Deos hominesq; testes facere, se inuitum ruptis fœderibus ad bellum cogi: proinde faceret ipsum quàm primum certiozem, vt quod in manibus esset quàm primum conficeret. Mascaregnas ad Sophari postula optimum quemq; vsu & ætate prudentissimum in consilium adhibet, de quorum sententia tale responsum per Simonem remittitur: Ea quæ ad innouandas vel mutandas pacis leges spectarent, ad se suamq; cognitionem nihil pertinere: proinde ab ipso ea petenda non esse, ad quæ concedenda nullum ius haberet. Solummodo id imperio Proregis statui posse, quod ipsum pro diuturna cum Lusitanis consuetudine minimè omnium latere posset: rogare igitur, vt Mamudius legatos super ea re ad Proregem mitat, nec ante responsum (quum dubium sit, an quod velit impetraturus sit) arma moueat. Proregem id temporis Goræ agere, neque longè distare, non longam in medio moram futuram. Quod ad muri adificationem pertinere, se mirari, quur cum tanta manu ad hoc negotij à Mamudio sit missus: Possè enim

eius

eius rei curam quæstoribus vrbis committi, quibus ne ipse quidem suam operam subtrahaturus esset, modo ipsi locis construatur murus, quibus inter Mamudium & Gratianum conuenisset. Quod si designati limites obseruentur, recedè illum facturum: sin vel duos digitos vltra fundamenta opus promouerit: se non solum illi, sed ipsi quòque Imperatori Mamudio impedimento futurum. Verùm vt constaret, quanto peius abhorreret à causis belli, fœderibusq; violandis, superesse exemplar scriptarum de pace legum, idque se nunc ei per Simonem legendum mittere. Simon igitur cum istis mandatis in castra venit, antigraphumq; Sopharo in manus offert. Quod quum ille legisset, statim cum magna animi vultusque indignatione in plurimas partes discepit. Legarumque contra ius gentium in vinculis asseruari iubet, neq; vterius oppugnationem differendam censet: quo circa ad vigesimam primam mensis Aprilis, magna vi arcem aggreditur. Diensis autem arx rupibus & cusneata fronte in litus procurrit, ab vna parte fluuio, ab altera verò sinu maris alluitur: Reliqua aditum habent ab oppido, quæ validissimis aggeribus fossiq; quaqua versus à fluuio ad mare vsq; cingitur. Potro in fluuij aluio turris minutissima consistit, eòsque inexpugnabilior, quòd nisi summo & incitatissimo maris æstu adiri nequeat. Tum enim tenues vns

B ij

das ad

das ad arcem perferri: Difficultatem loci ea quòque parte bombardæ adiuuant, quæ hostilem classem aduentantem, facillè crebris iaculationibus deprimant. Ex alio verò latere, limoso solo & humili aqua circumcingitur, ut nèque pedibus, nèque nauiculis, imò ne lembis quidem possit adiri. Intermedium arcis, turrisq; spatium solummodo navigationibus idoneum est, sed obnoxium vtriusq; munitionis bombardis.

Ab ea igitur parte, quæ demonstrauimus arcem ad oppidum respicere, & perpetuo dorso còtinuari, quæ sola obsidioni oportunior videtur, summa vi Sopharus oppugnationem tentat, ac in tumultu arcis vicino (ex quo maxima ipsius pars arcis conspicitur) ex congeſtu accruisq; lapidum, sine calce vallum miræ crassitudinis crexit, & ad imas operis radices, apertis inibi fenestris relictis, bombardas apposuit, supernè propugnaculum istud corona pinnarum amplexus est, iustiq; præsidio protinus instruxit, & ut tutè ab iniuria nostrorum iaculorum asseruaret, gossipinis sarcinis vndecunq; muniuit. Quo opere ingènè festinatione intra vnà noctè còfecto, albente iam in diè caelo, arcem omni genere telorù oppugnare ceperunt. Dùm hæc agunt, locès Mascaregnas seruos, mulieres, ac pueros, militari operæ inuitiles, nauibus quorundam mercatorù, usitanorù, Bazainù & Chaulù cùmbus, uehèdos tradidit, Naues itè duas (quas Indi Catureos vocant)

cæt) summa celeritate armari iussit, ut orà maritimã legentes, hostes còmeatu phiberèt. Quæ mādata impigrè facientes, obnauigatis littoribus, nò longo desinde temporis spacio reuerſæ, etiam in hostium oculis quatuordecim naues mercibus & commeatu onustas interceptiūt. Quo factum est, ut iniquiore multò annona aduersarij vterentur. Et vt res suo ordine, certisq; functionibus ageretur: arcis stationes Mascaregnas hoc pacto distribuendas existimauit. Iosannè Almeida turri & propugnaculo Diui Iacobi (quod in superiori oppugnatione, crebris Turcarum iaculationibus corruebat) tutorem assignauit. Ledos uicem Solam turri D. Thomæ, Aegidiũ Cottinium turri D. Ioannis, Antoniũ Pezannam turri D. Georgij, quæ supra nouã arcis portã sita est. Ioannè Verzeanum melopyrgio minori, Alphonsũ Bonifaciũ turri, quæ D. Iacobi propugnaculo imminet, Antoniũ Rodericũ regij questorem melopyrgio maiori, Antoniũ Fractiũ legatũ turri supra veterem portã sitæ. Singulis ferè istorù ad stationum custodiã, viginti traditi milites sunt. Nam tunc temporis arcem maiores defuere copix, & militum inopia summos père laborabatur. Præfecti autem isti, ea quæ ad arcis, suarũq; turrium defensionem pertinere existi- mabant, summa cura & studio pro virili die noctùs quæ faciebant. Eodem tempore paulò supra illud vallum

vallum, quod hostes excitauerant, nō minori firmis-  
tudine aliud quoq; versus mare excitauerunt, cui etiā  
aliud simile adijcitur: eōq; flexu anfractūq; murus,  
deducitur, vt opus magis labyrinthicum, quā al-  
terius generis esse videretur. Idq; eō factum est, vt  
septis illis flexuosis ā nostrorum telorū iniurijs pro-  
tegerentur, Et quanq; nostri hostium conatus omni  
perseuerantia contentioneq; impedire cōtendissent,  
nihilominus eo muro curuo sinuosq; progressi ad  
manus iactum, proximē arcis moenia consistunt.

Inde ex congestis lapidibus aliud opus conficiūt,  
tredecim pedū crassitudine, sed ā tergo validissimo  
aggere sustentum, quod ā ripa ad ipsum litus deducit,  
castellisq; communiunt. Inde (vt loci natura se-  
rebat) ex castello in castellum continuatis munitio-  
nibus, arx penitus vallo circumdatur, in ipsidemq; cas-  
tellis omne telorum bombardarumq; genus impos-  
nitur. Itaq; opere finito, acrius solito arcem saepe ten-  
tabant. Interea Mamudius Regio comitatu stipa-  
tus, ciuitatē (operis visendi gratia) ingressus est. Dū  
hæc ab vtraq; parte agebantur, per exploratores cer-  
tior fit Mascaregnas, decreuisse Sopharum, turrim,  
quam nostri in fluuiō, vt demonstrauimus sitam ha-  
bent, inuadere: collectis ad id ratibus, vnā cum na-  
ue oneraria perquam magna, cuiusdā sectæ Maho-  
metanæ mercatoris, quam in portu ad eos vsus retis  
nucrat,

nucrat. In qua tabulatum eius altitudinis, quod tur-  
ris supremum tabulatum æquare posset, extruere cu-  
rauit, quod circumquaq; pluteis (vt nostrorum iacu-  
la repelleret) sic cōfirmauit, vt nisi summa ope expu-  
nari posset. Re cognita, Mascaregnas Iacobo La-  
eteo, quem nauibus illis duabus, quarum antea mes-  
siminus, præfecerat, negotium committit. Is maxi-  
mo silentio, tacitoq; remigio oppidum versus naues  
suas noctu eduxit. Verum antea quā immineret  
onerariæ naui, quā incendio delere proposuerat,  
a quarum strepitu, & murmure quæ remi excitabāt,  
cauere non potuit, quin insidias suas excubitores ho-  
stium perciperent. Quare clamore sublato, totus ex-  
ercitus in armis prosiluit. Id quā ā nostris esset an-  
maduersum, celeri cursu in nauem impressionem fa-  
ciunt, ignemq; iniiciunt. Sed quā incendiū ex vo-  
to nō succederet, & hostes imperū in nostrā classem  
facere conarent, viginti circiter milites ex nris hostis  
um nauē conscendit, funibusq; anchorarijs præcisis,  
remulco, vnō solo milite lēso, nauem ipsam ereptam  
(hostibus cōtra nitentibus) ante arcem deducunt,  
ibiq; igne iniecto, penitus absumūt. Quæ res Sophas-  
ri animum nō parum fregit. Nam proposuerat eam  
turrim antea capere, vt ita facilius arcē, loci eius com-  
moditate adiutus, expugnaret. Nēque sanē temerē  
eius rei concepta spes, quoniam capta turri illa, sub-  
sidiarie

fidiarix nostræ naues ad arcē appellere non nisi cum  
 summo discrimine & labore valuissent. Hæc ea nos  
 est, quæ diē Paschæ Seruatoris nostri præcedit, acta  
 fuere. Nostrî igitur, dū de redempto humano genes  
 re salutarum diem, & iam de hostium clade lætum  
 festiuūq; miris gaudijs ouationibusq; celebrare,  
 spe omnino erecti sunt, tãq; in cæteris quoq; victores  
 futuri. Quum igitur negotium in eo statu esset, &  
 perfeueranter hostes in arcem impetum facerēt, idq;  
 non sine vitrorumq; clade, ob tormentorū assiduam  
 iaculationem, & hyeme instante nostri de subsidio  
 fermè desperarent, decima octaua Maij Proregis fis  
 lius natu minor Ferdinandus Castrius cum octo mi  
 noribus longis nauibus (incolæ Catures vocant) dis  
 ficilioribus vsus tempestatibus, ante portum appa  
 ruit. Nauiū præfecti Georgius Vascogoncellus, cui  
 duas ex eo genere nauiū Prorex ad litus Cambaicū  
 explorandum commiserat. Franciscus Almeida, Pe  
 trus Lupius Sofa, Antonius Cugna, Diodocus Sil  
 uius. Diodocus Reinofus, cognomento Soto maior.  
 Quibus appulsis, frustra se obijciere hoste, per pleu  
 dothyron siue clancularium ostiolum, quod in mis  
 nori brachio muri adapertū fuit, nullo accepto dam  
 no, læti in arcem, cum ingenti omnium gaudio, reci  
 piuntur. Post quorum aduentum, militem iubet Ma  
 scaregnas recenseri. Inueni sunt fermè quadringēti  
 quinque

quinquaginta, oēs ferè illustri loco nati, manu stren  
 nui, & ad vsus bellicos satis cōmodè instructi. Pro co  
 pia igitur auxiliorum, plures stationarios singulis lo  
 cis deputat, omnibusq; quid agendum ibi, quæue ra  
 tione excubandū esset, exponit. Post Ferdinandi Cas  
 strij aduentum Mamudius & Sopharus naues ins  
 truant, quibus, ne aliud subsidium ad arcē accederet,  
 prohibere nitēbātur. Hæc aliquot ex nostris cōmearū  
 in arcē deportantes, interceperunt: nonnullas etiam  
 fugæ se mādare, coegerūt. Verūm huic hostili classi,  
 ingruente iā atq; adeo ingrauescente hyeme, necessa  
 riū fuit portus obsidionē relinquere, vt subducta in  
 terrā, à procellis tuta esset. Superius demonstratū  
 est, Mamudiū Cambaix regē, muro absoluto, turris  
 bus valliq; instructo, operis viſendi causa in oppidū  
 venisse. De cuius aduentu certior fit Mascaregnas,  
 per captiuum quendam, quem sex milites nostri à  
 Ferdinando Caruallo, præfecto illius turris quæ in  
 fluuio est, ad hostilia castra exploratum missi, in ip  
 sis aggeribus interceperunt, quare ob aduentum  
 regium ingentia signa lætitiæ, bombardarum tos  
 nitru, tubarumq; classico ædita fuere. Rex autem  
 vigesima quinta Iunij, mane ante solis ortum, oppi  
 dum ingressus est. Qua hora tres iuste magnitudis  
 dinis telludines nostri super hostiū vallum erectas  
 dubijs oculis vtunq; animaduertunt, subterq; eas

ingentis formæ basiliscos tres, munitiones quoque ac castella quoque versus ad cōfligendum, noua ratione composita. Quibus vix dilucescente crepusculo matutino plene cognitis, confestim hostes ad turres diuorum Thomæ Iacobique, & ad murum ipsidem turribus interiectum, effusissima glandium iaculatione cōtendunt. Mascarnas autē, quā quotiesquē animū applicuissent, animaduertisset: eas turres vnā & murum, intrinsecus aggeribus validis obuestiri curat, turriq; diuī Thomæ, quam cuniculatim suspicabatur hostem euertere constituisse, transfuersis cuniculis, incredibili labore industriāque succurrit, ac ex ipsa turri, hostium testudines, basilisci, leonisque ictibus impetere iussit. Quæ res summum detrimentum aduersarijs intulit. Veruntamēad quinque dierū spacium, iaculatione hostium continua, telorumque assiduitate concussa turris Thomæ, tandem finditur, pinnaeq; Iacobææ ferme omnes mutilatæ. Neque id tamen sine hostium exigua noxa. Nam qui turri D. Thomæ præerant, hostium duobus basiliscis deturbatis, tertium in partes frangunt. Nec id rursus absque nostrorū periculo factū, quā nullo intermisso tēpore in ipsam turrim tanta globorum copia deuolueretur, vt ex ijs qui stuppā ignitā bombardis admovent, nemo præ metu id ad muneris se præsto exhibere auderet. Neque id mirum, quā tanta dexteritate hostes

hostes incūtabilibus ictibus iacularētur, vt si quem nostrorū ad bombardarum fenestras intuerentur, subito quinque sexue globos rectā in illum conijcerent. Præterea tormentum, quod in sublime globos euomit (mortarium vulgō dicitur) tantæ erat magnitudinis, vt glandes torqueret oclonum in ambitu palmorum. Hoc è regiōe turris D. Ioannis, loco decliu collocauerunt. Huius impulsu & concussionē tantus terror à nostris conceptus est, vt quoties globus desuper in arcē irruere inspiceretur, de se quisque actum esse, animo præfagiret. Is enim cuius industria negotiū hoc tractabatur, eius artificij erat, vt nullū vnquam iaculum frustra emitteret, sed omnia introsum in arcem reciderent. Quo artifice (vt ex captiuis postea scitū est) ictu bombardico à nostris interempto, hostes in demortui locum, alium sufficiunt, de cuius opera idem sperabant, sed frustra. Nam quum arte caretet, globi quos in nostros dirigebat, imperitia mittentis, in ipsorum castra corruebant. Quo errore imperitiūque mittētis, ex suis tribus occisis, à mortarij iaculatione in totum superfederunt. Præter hæc omnia, hostes, duas testudines nouo rursus labore, è regiōe turris D. Ioannis, quæ cæteris angustior infirmiorq; erat, excitauerunt, à qua ad Iacobæam vsque, totius belli vires applicare constituerant. Quibus singulis, singulos basiliscos, ac alias item machinas

bellicas accommodat eo numero, quæ necessitas ipsa  
 requirere videbatur. Itaque opere constructo, eodem  
 die acriter vltro citroque praelio dimicatum est. Inter  
 pugnandum, globus ex arce emissus, iuxta pedes re-  
 gis Mamudij, quendam eius cognatum occidit. Qua  
 re territus rex, vndecimo ab aduentu suo, die, castra  
 deseruit, ad Madabam regiam ciuitatem se conferens:  
 inde militem & necessaria exercitui expediturus. Ipse  
 se autem siue timore, siue alia de causa, postea reuer-  
 ti noluit. Discedens verò, Iuzareano viro & potens-  
 ti, & virtute summa, summamque prudentia prædito (cu-  
 ius consilio & solerti opera tum in re bellica, tum in  
 rebus alijs plurimis vtebatur) regiam legionem at-  
 tribuit, & belli vnâ cum Sopharo negotium com-  
 misit. Post regis discessum, hostibus adhuc in con-  
 tinuo labore perseverantibus, globorum assiduitas  
 te, D. Thomæ Ioannisque turres vna cum mesopyr-  
 gio euertantur. Cuius molis ruderibus, fossa opples-  
 tur. In eo vallo (cuius antè meminimus) turris vna  
 de quaque cratibus vimineis circumseptâ, intus opple-  
 ta saxis & cespitibus, (nonnulli frondeas, alij corbis-  
 tas vallares appellant) ab hostibus in sublime edu-  
 citur. Hanc iuxta arcis fossam ea erigunt magnitudi-  
 ne & altitudine, vt liberè quid intus ageretur cons-  
 picerent. Quamobrem nulli sibi nostris tutò consistere  
 aut versari licebat. Cui detrimento Mascaregnas vt  
 succurreret, tum quòd ob fossæ profunditatem cunis  
 culis obrepere, suffoderetque eam non poterat, tum etiam  
 quòd saxa rupesque in quibus illa arcis pars extructa  
 est, impediabant: introrsum (vt locus patiebatur) tur-  
 riculam ad eam altitudinem adificat, quâ hostium tur-  
 rim nostri manualium bombardarum globis com-  
 modè impetebat. Inde vtramque turrim nostri qua po-  
 terant virtute defendebant. Huic turriculæ Antonium  
 Pezannam curatorem esse voluit, qui sua annonâ suorumque  
 sumptu quadraginta milites sibi ad eam cuscidiâ at-  
 tributos alabar. Stationem autem, quam antea assue-  
 uabat, Ioanni Verzeano commisit. Eo tempore non  
 pauci desiderati, & permulti in arce vulnerati fuerunt.  
 At hostes, quum se interdum non satis vtiliter manus  
 operi admoliri viderent, noctu quicquid poterant,  
 exstruebant. Quem eorum successum Mascaregnas,  
 candelabro ad id ingenti accenso, impediabat, cuius  
 splendore omnes qui vel vallum aggrediebantur, vel  
 materiam portabant, conspicui facti ictibus bombardarumque  
 patebant. Interea loci tumulus ingens, terra,  
 cespite, lapideque consipatus, in templi atrio excitatus, cui  
 basiliscum tutelæ alioque portus destinatum, superimponunt:  
 cuius iaculatione turris cræta in tantum quassabatur,  
 vt nemo hostium ad eam accedere amplius auderet,  
 veruntamen quum ipsorum numerus indices aueretur,  
 vicit multorumque ac integrorum semper cæcis labor paucorum  
 & ex

succurreret, tum quòd ob fossæ profunditatem cunis  
 culis obrepere, suffoderetque eam non poterat, tum etiam  
 quòd saxa rupesque in quibus illa arcis pars extructa  
 est, impediabant: introrsum (vt locus patiebatur) tur-  
 riculam ad eam altitudinem adificat, quâ hostium tur-  
 rim nostri manualium bombardarum globis com-  
 modè impetebat. Inde vtramque turrim nostri qua po-  
 terant virtute defendebant. Huic turriculæ Antonium  
 Pezannam curatorem esse voluit, qui sua annonâ suorumque  
 sumptu quadraginta milites sibi ad eam cuscidiâ at-  
 tributos alabar. Stationem autem, quam antea assue-  
 uabat, Ioanni Verzeano commisit. Eo tempore non  
 pauci desiderati, & permulti in arce vulnerati fuerunt.  
 At hostes, quum se interdum non satis vtiliter manus  
 operi admoliri viderent, noctu quicquid poterant,  
 exstruebant. Quem eorum successum Mascaregnas,  
 candelabro ad id ingenti accenso, impediabat, cuius  
 splendore omnes qui vel vallum aggrediebantur, vel  
 materiam portabant, conspicui facti ictibus bombardarumque  
 patebant. Interea loci tumulus ingens, terra,  
 cespite, lapideque consipatus, in templi atrio excitatus, cui  
 basiliscum tutelæ alioque portus destinatum, superimponunt:  
 cuius iaculatione turris cræta in tantum quassabatur,  
 vt nemo hostium ad eam accedere amplius auderet,  
 veruntamen quum ipsorum numerus indices aueretur,  
 vicit multorumque ac integrorum semper cæcis labor paucorum  
 & ex

& ex continuo opere exhaustorum exiguitatē. Itaq; vallo ad ipsam arcis fossam, quo per gyrū ab utroq; cornu cingebatur, absoluto, cuniculis, instar musculorum, quos palmarum truncis frondibusq; argilla permixtis desuper cōtegebant, ne à flamma vrentur, ad fossę crepidinem perueniant. Cui operi per sexaginta dies summo studio & labore hostes incusbuere. Eoq; vigesima lunij finito pro voto, cuniculatum ad fossam pertingebant. Inde ex asseribus apensis canales deriuant, quos ne nostri bombardis saxilue dissiparent, tignis duplicatis corijsq; cōtextis integunt. Quia contignatione inoffensē die noctūque rudera, lapides, & omnis soluta materies in mediam fossam, turribus Diuorum Thomę & Ioannis interiectam defluebat, idq; ea arte, vti nostri præter effluentem materiā, neminem ibi conspiciere possent. Quin neq; ij qui fossam ipsam opplebāt, quemquā internē supernēue videre poterant. Intermedijs istis temporibus, noctu assiduē ex stationibus hostium atroces iniurię verborum nostros prouocabāt, ignauiam illis obijcientes: Quorū, si strenui fortelq; milites sint, conclusi tanq; pecora inter munitionū septa teneātur, idq; ad imperium imbellis ignauiq; ducis. Nam Antonium Silueriam, si eiusmodi militibus, tanq; rei militaris ex tam longa assuetudine bellorum peritis præfuisset, nunq; passurum fuisse, quin

aperto

aperto & libero Marte, singulis cōtra singulos dimiscantibus, suam quemq; virtutem ostendere permisisset. Cōtrā, sub hoc duce, superiore arcis oppugnatione nullum egregium specimen à quoq; ipsorū præbitum esse: cōclusos tantū murorū obicibus, quocūq; egerint, ex insidijs dolose, non vera virtute egisse. Quosq; tandem imbellem hunc ducem pateretur. Quas verborū iniurias Mascaregnas prudēter dissimulanteq; ferebat, suorum militū rarietatem, & quorsum hostes tenderent, facillē cognōscens. At tamen ne prorsus responso carerent, in eam partē (qua voces audiebātur) missilia omnis generis quocūq; euentu dirigi iubebat. Erat in imo arcis vestigio posticum secretū, iussu Diodocij Lupi Solę iam pridem constructum, ex quo ad fossam latentes aditus aperiebantur. Id sub ruderibus tanq; inutile obrutū obiectumq; iacebat. Hoc non segniter Mascaregnas purgari & refodi imperat, foribus postibusq; robustissimis communiens. Inde materiā collapsam quo poterat silentio, furtim subripiebat: atq; ita hostium per totas noctes continuū laborem sola diurna opera frustrabatur. Qui cū in fossam respicere nec possent, nec auderent, bolide per canalē demissa, cum mulum explorabant, cuius eminentior pars semē iam ad canalē ora peruenerat. Hoc cumuli fastigiū, summa diligentia, ne corrueret, Mascaregnas prouidebat, ne iurtum suum palam fieret, vti hostes co-

D

labore



labore impediti, nullas alias rationes oppugnandi tentarent. Tantum astu conatus ipsorum eludens, rudera ex tumuli base suffurabatur. Quæ quum multorum studio & labore agerentur, assiduitate asportandi fossæ dièdique fieri non potuit, quin ipsius cumuli fastigium sensim collaberetur. Ob id iactû, quum ab hostibus bolis postea demissa esset, & lunis quo appedebatur, latius solito sese distenderet: animaduertunt se tandem miserè sestrari. Quæ re attoniti, cumulû oculis (omni periculo posthabito) contemplari constituunt. Ibi nostros in ipsa fossa occupatos videt, visosque protinus telis desuper incoessunt. Vbi inter alios Antonius Fraxius legatus iaculis cõfossus occubuit. Aceris rimè igitur vtrimque (donec nox superueniens conflictum dirimeret) ad fossam dimicatum est. Senecente sub tenebras pugna, secundû posticû Mascaregnas lapideû musculû vsque ad rudera per nocte producit, quem trabibus assensibusque desuper impositis, terraque accumulatis, ea ratione firmavit, vt tuto reliquæ in fossa materia inde auerterent. Itaque vnius noctis instanti opera, laborisque continuo, munitione illa absoluta, quum manè ab hostium excubitoribus cerneret, rei nouitate turbati, ad Sopharum concurrunt, remque omnè aperiuunt. Ille stupefactus, nostrorumque pertinacia solertiisque admirabiliter attonitus, se cum omni celeritate ad stationes proripit. Ibique, vt rem oculis cõtemplaretur, capite (vt postea compertum est) super

manum

manum dexteram reclinato, extra murum gutturè tenus emicuit. Stupefactus deinde, & desperatione æger, suique immemor, dum longius quam sibi expediebat, deliberandus subsistit, bombardæ globus fortè fortuna ex arce demissus, ipsius manum integrâ vnâ cum sincipite raptim abstulit, ipse verò subito ex vallo mortuus concidit. Cuius mors, vt suis funebribus & clamitosa, sic nostris perque optabilis fuit. Erat enim Sopharus (vt si quis alius) prudens, sagax, cautus, vafer, rerum gerendarum peritissimus, militaribus verò stratagematis nemini suo tempore cedens. His naturæ donibus, infestissimû in nos odium coniunxerat, viresque suas quotidie augebat, quum cum intelligerent vero animo deserta religio Christiana ad Mahumetum desecisse. Nec dubiû, quin si diuturnior ei vita cõtigisset, nobis vistoriam difficiliorem impedirioremque fecisset.

PRIMI COMMENTARII FINIS.

# Damiani Goes equitis

LVSITANI DE BELLO

GAMBAICO, COMMEN-

TARIVS II.



Oio Sopharo interfecto, aliquot diebus languidius hostes in opere versabantur, Variæ enim sententiæ militē distinebant, Nam pars castra mouēda sentiebat, nec temere amplius bello pernicioso incumbēdum esse iudicabat. Alij verò de ducis electione hæsitabant, nec Rumezano Sophari filio parendum arbitrabantur: Ceteri regis voluntatem suffragiumq; expectandum censebant, vt quem ipse vellet, duccm constituerent. In quam sententiam tandem est itum. Itaq; protinus ad regem hac de re nunciij dimittuntur, cōque iubente Rumezanus præpositus exercitui, & belli imperator pronuntiatur. Qui celeriter, summâque diligentia & continenti labore, quinq; subterraneos mœculos fodit, quos in eam partē, ex qua nostri per posticum (vt demonstratum est) de fossâ rudera furabantur, nouo fabricandi ordine ac ratione dirigebat. Sed quū per vim tormentorum, opus à hostris impediretur, eximijs palmarū truncis ad ruinas illius turris (quæ

crateam

COMMENTARIVS II.

crateam vocauimus) duas ligneas turres tænijs intertextas cum tabulatis extruxit, quibus testudines binas apposuit, & sub testudinibus singulis singulos balistiscos collocauit, quorum iaculis (deturbatis nostris) hostes ex aduerso postici ad labra marginēq; fossæ penetrarunt. Eo quum ventum esset, super mœculum, per quem nostri materiā in fossam deiectam subripere consueuerant, tantam lapidum faxorumq; vim prouoluunt, vt penitus mœculi compages dissolueretur. Quo labente, territi nostri, faucijq; nonnulli, pedem relictæ coacti sunt. Hostes inde liberius fossa superata, omnem ruderiū lapidumq; colluuiem in eam proiecebant. Itaq; negotio multorum, laborēq; assiduo, semper manu maiore ad opus confluyente, posticum omnino obrutum sepelitur. Quo obstructo, quum nostris amplius vsui non esset, maiore hostes vsi libertate, fossam rudere adimplebant. Eo ipso tempore, quum permulti ex nostris, vulneribus ægritudinibusq; affligerentur, & non pauci morte confecti essent, Mascaregnæ aliam celocem expedire necessarium visum fuit, cui Ioannem Cælium ac eis sacerdotē præfecit, eiq; literas ad Prorogem & præfectos prælidiorum Bazaini Chaulijq; dedit, quibus subsidiarias copias omni celeritate mittendas esse indicabat. Alioqui, si festinationem adhibere desisterent, nostro Indico imperio summū periculū imminere. Hostium enim numerum indices augetere,

D iij

Eodem

Eodem ipso tēpore, quo nauis illa cū nuncijs euecta est, quatuor millia seclorum regis Cambaie militū in castra venēre. Quorum aduentu lata festināq; ibi omnia, & hominū tympanorūq; strepitu vndiq; personare, copiasq; illas (quasi recensent) sub oculis nostris in acie disponere, ac tandem agmine composito circū munitiones immmani clamore ac barbaro, quasi si victoriam in manibus certā haberent, ad arcem contendere. Sed scitibus tormentorum pessimē accessu, impetū temerarium represserunt. Interea dū ista fiunt, ab incepto opere nihil remissum est, sed continuo labore illam fossā partē, quā ad turrim Diui Ioannis pertingit (quā diximus Aegidio Cotinio comissam esse) lapide, radere, omniq; materia cōplere, atq; iuxta Thomam turrim malos eius altitudinis erigere, vt cacumina eorum nostras munitiones excederēt, isq; malis asseres scandulasq; loco scalarum ex aduerso clavis affigebant, atq; ita iursum ascendere cōniti. Nostri verò ignibus & acri pugna illis occurrere. At hostes contra, harpagonibus materiā valli nostri diripere, magnōq; periculi cōtēptu scalas cōplere. Contra istam hostilē pertinaciā nostri aliā rationem defensionis instituerunt. Fasces ligneos caudales ferro cōnexos, cathenisq; colligatos, commixta interius pice, resināq; aliāq; omni materia, quę ignē facile corripit, & diutius alit, alios sup alios iuperne iniiciebant, isq; ignibus per multos ex hostibus combussere,

busserē. Quod tametsi sepius hostes fieri viderent, equē tamen in labore persistentes, pro nihilo nostrorū conatus facere: reiectōq; timore, suos qui ibi aut icli, aut deulli cadebāt, de fossa deducere: alios prius in demortuorū locū sufficere. Et quoniā opus multorū subsidiū requirebat, oppidanos mulierēq; etiā ad id negociū cōgere, materiāq; ad fossam cōportare. Quo operarū continētī labore (nā numerus quadraginta millia excedebat) tumulū ex terra palis lignibusq; eo studio inuehant, vt quāq; ex arce per sepe globis hastisq; impeterent, tamē istiusmodi cladibus ab incepto deterreri nequiverint. Itaq; post id tēporis per supremā musculorū partē ligneas testudines dupliscibus elephantorū corijs cōglutinatas promouēt, super quas (quū tū ex materia, quā hostes accumulauerāt protēctę essent) per tumulū quē demonstrauimus palis deportatū esse, alit meant testudines, quibus desensu ex fossa labro in murū cōcurrere satis cōmodē valebāt. Cui insup operi à lateribus duos hinc inde fortissimos pluteos instar parietū obijciūt, quoq; munitione iacula ac cetera missilia turriū Diworū Ioannis Thomaeq; cohibebant. Quo tēpore tū assiduē ex hostium munitionibus iacularū est, vt nostri tum ob incredibiles labores, tum propter immensas vigiliās, resistere nulla amplius ratione possent. Sed antea quā hi plutei excitarentur, Malarognas susspitione permotus, hostes cuniculatim velle ambas has tur-

has turres subuètere: tranſuerſis cuniculis periculũ rei anteuertit. Hoſtes deniq; quum propinqui ſub mœnibus agerent, ad propugnaculum D. Ioannis, ſpecum inter duriffimas rupes malleis excidunt, per quẽ deni pariter viri nõ incommode ingredi valebãt. Priori Commentario diximus, Maſcaregnam inter duas prædictas turres interioris aliam ſubſidiariã conſtruxiſſe, ex qua quadraginta milites telis ſpiculiſq; comode ambabus ſuccurri ere poſſent, atq; huius cuſtodiam Antonio Pezannæ tradidiſſe, & ea quæ illi prius comiſſa fuerant, Ioanni Verzeano concedita eſſe. Nã is ſuis militibus, quos adhuc integros ferme omnes habebat, & turri illi, & minori meſopyrgio ſubuenire poterat. His ergo ita in ſuis ſtationibus manere iuſſis, Antonium Rodericum quaſtorẽ Ferdinando Caſtrio, qui infirmiorẽ arcis partẽ tutandã ſuſceperat, ſocium adiunxit, vt ſimul vigilias & hoſtium impetum alacrius ſufferrẽt. Hoſtes verò nouo aſtu, & muro (vt diximus) dirupto, arcẽ ſegnius ſolito inſeſtabant. Senefcente igitur in ea parte hoſtili contentione, noctu Simonẽ Phæum hæcenus in vinculis habitũ, ad munitiones noſtras producũ, qui alta voce Rumeçani nomine, rerũ ſtatum, & q̃ proximi eladi eſſent, declararet. Quapropter ſi dẽdere ſe vellet, & arcẽ ſine ſanguine inoffenſẽ tradere, Rumeçanum omnibus liberũ exitũ comẽtatũq; permiſſũ ſurũ: Naues etiã (ſi nobis eius rei penuria eſſet) bona

fide

fide daturum: Sin ſecus animati eſſent, eſſe in proximo omniũ interitũ: eligerent vtrã partem mallet. Quod ſi belli potius quã pacis fortunã approbaret, ſe ſequenti die arcẽ omnibus collatis copijs inuaſurum. At Maſcaregnas (his auditis, eũ ſtatim diſcedere iubet, & in comites deductoresq; ſi pedẽ referre nolent, omnes bõbardas ſeſe exoneraturũ minatur: Diceret igitur Rumeçano, ipſius aduẽtũ aſſultumq; quocunq; in tẽpore optatũ expectatumq; fore. Hoc ſermone habito, omnia hoſtes tormentorum globis complere: quorum improuiſis ictibus duo de noſtris (qui vt Simonẽ Phæum rectius audirent, murũ aſcenderant) interempti ſunt. Itãq; hoſtes nullo tẽpore remiſſa contentione, decimanona Iulij ſub occaſum ſolis, arcis muros, quos penitus ſuffoderant, denuo impetunt, idq; tãta animi præſentia & obſtinatione, vt noſtros de ſalute ſua propemodũ in deſperationẽ adduxerint. Sed ope & opera Ferdinãdi Caſtrij, illi qui murum conſcenderant, erant autẽ numero triginta, omnes viri nobiles (vt ex habitu apparuit) interfecti ſunt. Quod videntes hi qui iſtos ſequebant, morte ruinãq; ſuorũ cõſternati ab oppugnatione refugiũt. Qui tamen ſæpe à mœnibus reiecti eſſent, magnis acceptis calamitatib; nihilo tamẽ minus tẽpus, quod oppugnationi idoneũ exiſtimarẽt, remittebãt, ſed cõtinuo labore opus illud (quo conſectõ arcẽ omnium ſimul impetu aggredi propoſuerãt) abſoluebant. Eo

E

itãq;

itaq; pro ipsorum arbitrato finito, hostesq; sic ad votum exequata, adeo vt nullo negotio exmunitionibus in muros recta pergere liceret, p̄ omnia oppidi phana noctu sacra faciunt, seq; suisq; vita Mahumeto ad omnia pericula deuouēt, deierātq; se, nisi capta arce, redituros nō esse. In his sacrificijs, vti ex voto litarent, per summā religionē copiose luminaria per vicos omnes & cōpita incenderūt. Quo igniū splendore Ferdinandus Caruallus turris illius p̄fectus, quam in fluuij alueo habemus, quū homines cateruatim ad tēpla cōcurrere animaduertisset, rei nouitate permotus, ad Mascaregnā eodē momento scapha clanculū traiecit. Qui re cognita, oīs admonet, p̄sentiq; vt sint animo, adhortat, Vigilijs distribuit, eosq; tota nocte in armis esse iubet. Ea nox D. Iacobi vigilijs sacra erat. Sequētū igit die que fausta ac bene ominata hominibus hispanis erat, propter Hispaniarū patros nū D. Iacobū Apostolū, duabus horis ante luciferi exortum mœnia inuadunt, impetusq; ab hostibus in arcē fit, qua propter p̄tinus ligno dato ad muros cōcurrit, D. Iacobū per summā alacritatē multa acclamatione celebrātes. Ibiq; maximo armorū strepitu & acri pugna dimicatio incēdit, in qua Ludouicus Soza iuuenis strenuus, Thomæ turris p̄fectus, aliquot de suis militibus impigrē pugnātes amisit. Nā illum locū omnibus rationibus expugnare decreuerāt aduersarij. Sed iuuenis tū maiorū suos; exēplis, tum ge-

ncroig

nerosa suamet indole erectus, locū inter summa pericula exdesq; promiscuas, magna animi p̄sencia, vitę sanguinisq; cōtemptu defendit. Interea loci, quū Mascaregnā, vt omnibus locis succurreret, rei necessitas huc illuc versaret, vigilēs qui ad maritimum arcis latus excubabāt, quam loco ob scopulorū asperitatē minus timerēt, relicta custodia (vt dimicantibus interessent) ad p̄lij locū sese cōferunt. Quo tēpore siue casu, siue quod solitudine animaduertērāt, quū æstus defluuium marēq; decrescēs hostibus cōmodē inseruiret, qui vbiq; locorum excubabāt, Iazarcani milites selectiores numero sexaginta, in scopulis tacite positus scalis, rupē conscendunt, ipsēdemq; sursum in murum translatis, omni silentio profiliunt. Quos quum duo milites qui per arcem cōcurrabant, splendore ignis conspicerent, protinus ad Mascaregnam procurrunt, quem vnico puero signum anteferente comitatum reperiūt, eiq; alta trepidāq; voce arcem ad litoralem partem ab hostibus occupari vociferantur. Quibus silentio imposito, ne re cognita qui p̄silio aderant, animo deijcerentur, ad eum locum quem hostes occupārant, sese proripuit: ex ipsique qui nuncium attulerant, alterum socium assumpsit, alteri imperat, vt omnes quos in arcis plateis inueniret, ad se remitteret. Itaque quum ad occupatum locum vētū esset, hostes ad sexaginta intra mœnia deprehendit. Quos vix discernere licuisset,

E ij

nii

nisi globi & amphoræ igniæ, quæ vltro citroq; ad aliud arcis latus iaciébatur, splendorē aliquē præbuissent. Iā eorū fermē viginti supra domorū tecta cōscenderāt, ibiq; duobus militaribus signis erectis assidebant. Cæteri verō domos ingressi, quicquid obuiū erat, diripiēbant, cumq; mulierculis animo cōsternatis (quali iā rerum potiti) minaciter colloquētes, pecunias exigebāt. Quarū nonnullæ virilē animū ex necessitate induentes, correptis in manus hastis, iam non muliebriter eos extra tecta pellere cōtendebāt. Mascaregnas autē nonnullis militibus iā stipatus, in hostes impressionē facere, omnesq; qui tecta cōscenderāt, humi detrudere: Illi contrā coacta manu acriter pugnare, tandē plurimis iuterfectis, vno viuo capto, de mœnibus sese præcipites dare, sed scopulis acutis, præruptisq; saxorū inter cadendū excepti, omnes miserē dilaceratis mēbris interiēre. Hac re ante diei crepusculū gesta, protinus se Mascaregnas ad stationes cōtulit, inibiq; quū iam ad nostros victoria inclinaret, sed præ lassitudine languidius aliquanto agerent, nouos illis spiritus sua oratione iniecit. Quare prælio redintegrato, pugna denuo recrudescere cœpit. Tandē hostes remissius solito resistentes, receptui canunt. Sed quū lucescente die suorum cladē oculis discernere, quorum per multa cadauera truncata & miserē lacerata in fossa iacebant: dolore & ira perciti, tanquā vefani furentesq; denuo in nostros inuoluāt:

uoluant, eodemq; quo ceperant impetu, ad quartam diei horā dimicatū fuit. Sed tandē nostri ad plenum victores euaserunt, quanq̄ nō sine multo suorū sanguine. Nec solū viris ea victoria, verum etiam mulieribus audacię attributa fuit: Nā inter eas matronas, quæ militibus ad stationes (oppugnatione durante) necessaria apportabāt, nō pauce inuentę sunt, quę sagittis alijsq; missilibus lætæ, tragulas & spicula propria manu euellerent, ac vulneribus obligatis cruentę etiamnum ad eadē munia quasi integrę intasitęq; recurrerent. Hoc certamine circiter mille hostium, præter vulneratos, cecidisse cōstat. Inter quos etiā occubuit Iuzarcanus dux. In cuius locū fratrem eius natu minorē Mamudius gratitudinis & libertatis ergō suffecit, eiusdemq; dignitatis nomē ac titulū attribuit, vt Iuzarcanus vocaretur, Marchionē ipsorū linguā significante hoc vocabulo. Omnē insuper fratris ditionē ei cōcessit, ex nostris autē faucij quā plurimi fuere, desiderati septē tantū, quos Mascaregnas tubarū clāgore, sonitūq; tympanorū, nec nō hominū cantu, festā solennitate potius q̄ lugubri mestitie in templū deportari sepeliriq; curauit: partim, quòd de religione Christiana ita meruerant, vt mors illorū in cōspectu domini preciosa, epinicia & martyrū hymnos potius q̄ lugubres exægas & tristes natiuitatis requirere videret, partim, vt militū animos erigeret illa in tā arduis rebus alacritate, & in mor-

tuos gratitudine, Simul vt intelligeret hostis, rē sibi cū hominibus esse, qui nō modo suorū mortibus animo nō conciderēt, vtrumetiam mortē huiusmodi charā optatamq; haberēt. Secūda ab hoc p̄lio die, pomeridiano tēpore, hostes iterum ab illa ipsa parte quā antea oppugnauerāt, arcē inuadūt, sed alacriter obstantibus Ferdinādo Castrio & Ludouico Sosa, nō absq; nostrorū tamen iactura & sanguine repulsi fuere: qui etiā supra trecentos de suis (quū de loco res cederēt) vulneribus consofos mortuolq; reliquerūt. In istis angustijs quō nostri de subsidij mora admodum quereerēt, quarto Calēdas Augusti, celox quā Mascaregnas Caeliū sacerdotē Bazainū & Chauliū suppetias petitū miserat, arcis æstuarā penetrauit, atq; per nouē strennuos milites qui in ea venerant, intellectu est, literas quas ad Protegē scripserat Mascaregnas, omni sedulitate per certū nunciū Goam esse transmissas. Huius celocis aduētū, quū hostes id quod erat suspicarent, nimirū, subsidiū breui expectari: celeritate vtendū esse, ante aduētū nouarū copiarū iudicauerunt. Quare sequenti die circa meridiem, quū nostri à cōtinuis laboribus interq̄cerēt, & qui in excubijs erāt, minus caute stationibus inuigilarēt, hostes de improviso in arcē incursionē faciunt, mox nūq; tanta celeritate ac promptitudine cōscendunt, vt nostri, serē perterritis omnibus, sinem totius belli adesse existimarēt. Sed Franciscus Almeida, cui ex

cubias

cubias agēdi cura ad Thomazam turrim obuenerat, nō amplius q̄ viginti quinq; militibus succinctus, impetū hostiū viriliter admodū sustinuit. Tādē nostris accurritibus, tā atrociter tribus aut eo plus horis pugnātū fuit, vt nunq; antea atrocius. Tādē supra octingentos ex hostibus iugularis, receptui Rumecanus dux summi in eo exercitu imperij canere iubet, atq; insigni hac accepta clade, in castra se recepit. De nostris verō aliquot interfecti sunt, vulneratī & igne ambusti nō pauci. Hoc tpe omni victus genere nostri angustē admodū vtebatur, p̄sertim carnīū, quare tāta erat inopia, vt gallina vna in agrotantiū dictā, decē aurcis ducatis venundaretur. Eodē ipso tēpore, Mamudius certior factus, q̄ sinistrā sui in omnibus oppugnationibus fortunā habuerāt; Moiatecanum, qui à se primū dignitatis locū in regno Cābaico obtinebat, cū quatuordecim millibus electorū militū Diū mittit. Post cuius aduētū, hostes cōsilio inter se habito, cuniculis omni materia incendiaria repletis, arcē funditus euertere statuerūt. Sed sūma & vis cōsiliij in hoc erat, ne nostri qd ab ipsis ageret, p̄sentiret. Ergo in Thomazā turrim, & in alterā D. Ioan. que vltra veterē fossam p̄ducta, hostiū munitionib; erat vicinior, cuniculos agere cōperūt. Et vt nros res ea lateret, hoc astu & strategemate sunt vsi, latomorū multitudinē sub testudinib; ad frōtē eorū p̄pugnaculū agunt, vt sūdāmetā muroz; cōtinuo indefatigabiliq; labore

labore excauarent, strepitūq; maximo agerent, malleorumq; fragorē, stridorēque ferramentorū summū aderent, nimirū vt nostrū militē ista fallaci specie circumuenirēt. Existimabāt enim, nostros quum eā rē tantis studijs agi viderēt, eo omnes cōcurfuros, animosq; ab dissimulata oppugnatione verisq; periculis ad inanē ostentationē discriminis auersuros esse. Nec eos sua sefellit ratio. Nostri enim hostilis cōsiliij ignari, eos qui turrim à frōte malleis acutis profcins debant, quā poterāt vi proturbabant, sed quū ea defensio summa pertinacia & clamore vndique ageretur, factū est, vt per summū strepitū obtuso auditu, quæ infernē agebātur, nec audire, nec percipere nostris licuerit. Itaque quū pro voto ab hostibus cuniculi acti essent, decima Augusti, qua die D. Laurētij martyriū Christi ecclesia celebrare cōsuevit, hostes tabarū clangore tympanorumq; vehementi sonitu sese mutuō adhortantes, agmine cōposito, signis militaribus præcedentibus, in arcis mœnia prorūpunt, ac vehementius solito, globos amphorasq; igneas intro proijciunt. Nostri verō ad oppugnatū locū protinus concurrunt. Ibi quam tamdiu pugnatū esset, quoad animaduertent hostes, penē potiōrē militū partē ad mœnia cōuenisse, simulato timore receptui canunt, ac de fossa & mœnibus in castra se recipiūt. Qua festinata fuga, vt insueta, & si malleorū antea facta de industria concussio fragorq; ferramentorū ostendisset

ostendisset, potius hostes viam latiorē in arcem asperire velle discussis mœnibus, q̄ cuniculis denuo aditus tentare, quū id paulo ante ad Thomæ turrim infeliciter tentauerant, vbi cuniculi corū transuersis cuniculis excepti subrutiq; à nostris erāt: Mas searegnas tamen suspicione adductus, Lusitanis qui super Thomæ turris testudinē cōsistebāt (ad cuius radicē ipse dux defatigat⁹ adsidebat) imperat, vt nulla vti mora, inde vniuersi abscedāt, ac expedito nuntio eos qui supra muros turris D. Ioānis agebāt, monet, vt protinus se de loco amoueāt, suspicari se, no uos cuniculos esse instructos, quibus ignem iniicere cōfestim hostibus propositū sit. Qui dicto nō audientes, sed prudentissimi ducis spreta monitione, clamant plus sibi animi, maiōrē rei militaris experientiam esse, q̄ illi, qui per summū timorē eos ad discessum hortaretur. Itaq; quū detestabilis temeritas eos cunctabundos exitiabili mora implicaret, hostes ignē in eo loco vbi creta turris cōstructa fuerat, pulueri tormētario imponunt. Qui recto tramite, sicut dispositus erat, viā relegēs ad cuniculos, quū fauces intimas penetrasset, vbi omnis incendiaria materia recōdebatur, vniuersam fabricæ molē vno momēto dirupit, ac per summam vim, ipsam D. Ioānis turrim integrā ab ipsis fundamentis in altū proripuit, ac omnes quos ibi insausa fortuna recinuerat, in sublimē celatos tanq̄ minutulos sileses dissecit. Quo miser



rimum euentu circiter septuaginta strenui milites intene-  
 re, quorum pars in fossam, pars in hostium sta-  
 tiones, ferme omnes traçti dilaceratiq; ceciderunt. Insus  
 per ij, quos infelix casus in hostiũ castra integro corpore  
 traiecerat, quanq; igne sedati omnino, & exanimis  
 vitę incõmodis cellulente, minutissimè tamen ab  
 hostiũ gladijs hastarumq; mucronibus tanq; eã pcor-  
 nã sensuri essent, dissecti tuere. Hoc horrendo specta-  
 culo, illud memoriã dignum visum est, illis quos pul-  
 ueris & ignis vis in aere expulerat, hastas clypeosq;  
 nõ antea de manibus defluxisse, q̃ deficiente, ac om-  
 nino euascentẽ anima, cadauera ipsa deorsum præ-  
 cipitata relaberent, ex ijs porro q̃ sup turrin in hac  
 calamitate cõsiterat, viginti tantũ ignib<sup>9</sup> ambugi, vi-  
 ui remaserunt. Notos eqtes Lusitanos desideratos esse  
 cõstat, Ferdinãdũ Castriũ Proregis filiũ, adolescentẽ  
 summa spe, sumãq; indole peditũ. Ioãne Almeida, Ludo-  
 uicũ Mellũ. Diodocũ Soto maiore, Antoniũ Rodes-  
 ricũ quęstorẽ, Aegidiũ Cotiniũ, Diodocũ Reinosum  
 Soto maiore, Aluarũ Ferrariã, Rodericũ Solã, Lau-  
 rentiũ Fariã, Ioãne Brandaniũ, Georgiũ Almeida, Tri-  
 stanum Sofam, Franciscũ Lupiũ, Gratianumq; Fer-  
 raciũ. At Mascaregnas qui, vt demonstratũ est, iuxta  
 Thomæ turris radices assidebat, quum incõdium,  
 ruinã, & occasum turris D. Ioan. momẽto tẽporis cõ-  
 spexisset, summa celeritate quindecim militibus eos  
 mitatus, eos se proripuit. Quo quum ventum esset,

ne ves

ne vestigiũ quidẽ veteris illius forme deprehõdere  
 potuit. Nihil ibi in oculis, nihil sub cõspectu, nisi pa-  
 rietũ rudera lapidesq; permixtum puluere mẽbrisq;  
 mutilatis, ac sanguine humano tincti. Inter quę pros-  
 miscuẽ nõnulla corpora adhuc exhalãtia, & cũ mor-  
 te cõsistãtia, nõ absq; metore & horrore intuẽtium  
 cõspiciebant, Quæ dũ subito inde eximere nostri sa-  
 tagũt, vt p̃ritu Christiãno sepelirent, de repente ho-  
 stes p̃ eũdẽ ipsũ labefactatũ locũ, impressionẽ faciũt.  
 De quo tã vehemẽter vtrinq; quinque pugnatũ est,  
 vt sola nox plũ diremerit. Quæ nocte, etsi plures de  
 nr̃is iã occubuerãt, p̃multi faucij, omnib<sup>9</sup> verõ & des-  
 fatigatis, & de accepto infortunio merẽtibus Mascas-  
 caregnas tamẽ viros; mulierũq; opa, murũ subitariũ  
 sedecim palmorũ crassitudine in veteris turris ruinis  
 ex soluto lapide cõstruxit, quẽ absolutũ ante solis or-  
 tũ hostibus cõspiciendũ nõ sine magna admiratione  
 obiicit. Illi cõtrã, alio crecto muro. Thomẽã turrin  
 deinceps cuniculis, qũ ea res bene successerat, de ijes-  
 re cõtendũt. Sed quũ nr̃i alijs obiectis cuniculis, illos  
 rũ conatibus obuiã ijsent, re intellecta in alterũ tur-  
 ris latum se trãtulere, quo nr̃i cuniculi ptingere nõ po-  
 terãt, & suffosõ turris frõitipicio, quaten<sup>9</sup> à nr̃is præ-  
 pediri nequibant, ignẽ operi nõdum perfecto, appo-  
 fuerunt. Quo incõdicio quartã ferme turris partem  
 euerterunt, ac protinus in dirutũ locum inuolantes,  
 de superioribus rudera ad se ferreis hamis attrahebãt,

F ij

quibus

quibus sensim defluentibus, angustior multò fiebat locus què nostri supernè adhuc retinebãr. Quod quû à Mascaregna ani maduersum esset, bombardas què ibi reliquæ erãt, inde tolli iubet. Sed quû vix cœtum milites illexos integròsque haberet, colq; in vnû alis què locû aliunde euocare periculosum esset, omniû stationibus hosse imminere, eò factû est, vt basiliscû ac leonè quadraginta virorû diurno nocturnòq; labore inde extrahere nunq; valuerit. Hoc tẽpore tria mancipia ex arce profugerunt, hostibulq; indiciû fecere, quanta nostrorû esset raritas, quãrãq; omniû frugum & annonæ penuria premeretur. Quorû perusgarû sermonibus, nouo cõcepto spiritu, iacobicã turrim cuniculatim, igne ad suppositã materiã adiecto, penitus euertunt, què in pronû vergens, tota versus hostiû stationes ruinã traxit. Hostes igitur protinus per ruinas se proripiunt, vbi, quanq; nostri egregiè resisterent, locum tamè cuincunt: ac militaribus signis ibi erectis, arcis areã transcendunt, tẽpliq; D. Iacobi partè mediã præoccupãt, ibiq; aliquot diebus ea fors te cominus dimicantû est, vt modò tẽplum penes nostros, modò penes hostes fuerit. Sed quû de singulari p̄prietate domicilio, ac de ipsis aris & focis ageretur: viribus omnib; adhibitis, nostri in sacrarij fornice, murû cõstruxerunt. Atq; ita tẽplo diuiso, aliq; ab alijs intercepti, in iplo tẽplo quilib; p̄ suo ritu sacra facies bar, religioneq; numinû colebat, *Secundû Cõmentarij Finis.*

Damiani

## Damiani Goes equitis

LVSITANI DE BELLO  
CAMBAICO, COMMEN-  
TARIVS III.



Iteris Mascaregnæ, opa Hieronymi Mesnesij præfecti præsidio Bazaini, Coam des latis, quibus arcis discriminè nunciabatur: Ioannes Caltrius Prorex, omni studio quatuordecim minores longas naues expediri iussit. Cui classi Aluarum Calstrum filiu suû præfecit. Is diu iacobi solenni die e portu soluit. Et quanq; hyemis vis illic tẽpore asperius sæuit, nihilominus tamè secûdo vento Bazainû enauigauit. Quo in loco Franciscû Mesnesium reperit, qui bis infeliciter iter auspiciatus, difficilioribulq; vsus tẽpestatibus, in portû remeãrat. Quod iter collatis in vnû classibus, quû sepius tẽtas tam esset, nec pro voto successit: iubet Aluarus Caltrius (quû in quo statu res Diæses versarent, probè sciret) vt classe dissociata, nullo seruato ordine, seorsim vnusquisq; Diû, qua posset ratione, peteret. Itaq; separatim illis nauigatibus, ventis plerumq; obstantibus, primi omniû vnica naue Antonius Monizius & Gratianus Rodericus Tabora, Diensẽm portum ingrediuntur. A quibus, de propediè affaturo subis

F ij

dio mas

dio magno, cū gaudio factus certior Mascaregnas,  
 protinus eandē ipsam nauim Aluaro Castrio obuiā  
 remisit, in qua paulo post ad portū Ludouicus Mel-  
 lus Mendoza applicuit, quē Eduardus Menesius Pe-  
 reira, Comitis Feriēsis filius, iuuenis impiger ac strē-  
 nuus subsequens est. Post quoque accessum, ad turrim  
 D. Thomę (cuius portus pars, vt demonstrauim⁹, cors  
 ruerat) acriter bello dimicatum est. Sed preualētes ho-  
 stes loco potiti sunt. Quāobrem inensus Mascaregnas  
 per omnia discrimina insequenti die hostiū vires ad  
 eundē locū tētare fortioriꝝ manu inuadere pponit.  
 Itaque selectis militib⁹, de improviso impetū fecit. De-  
 turbati igitur hostes, sauciꝝq; nonnulli, inter fugiēdum  
 classico suis signū dedēre. Quo audito, ptinus ex cas-  
 tris & ex oppido totus exercitus cōcurrit. Ac quāuis  
 pluuia & imbribus subito ingruētibus, impedirent;  
 hastis tamē, gladijs, sagittisq; dimicatum est, p̄modū  
 ad vespērā, quo tēpore quū se nimbi remisissent ad  
 bōbardas & igneā materiā itū est. Sic vtrobique clade  
 copiosē illata & accepta, quum septē sermē horis pu-  
 gnatū esset, nostri tandē locū recuperāt. Per id tēpo-  
 ris, duę celoces appulerūt, duobus Ioāne Athaidio,  
 & Frācisco Guillermo. Hostes porrò post hāc repuls-  
 sam, igne deinceps p̄ sulcos cuniculares immisso, mu-  
 rum qui turri Antonij Pezannæ cōtiguus erat, fundi-  
 tus euertūt. Cōtrā Mascaregnas omni ope resistēs  
 in hostes cameli iacula effundit, alterumq; statim fir-  
 miorem

miore mutū intrinsecus excitauit, etiā ipse humeris  
 lapides materiāq; cōportās. Id hostes animaduerten-  
 tes, ē regione & ipsi aliū extruunt, quo nostris ad se  
 accessum inhihebāt. Hoc die Rodericus Ferdinādus  
 Chauliēsis municipij questor, cū viginti militib⁹ na-  
 ui minore lōga portū tenuit, & inde alij atq; alij dus-  
 ces singulis diebus aduentabāt. Hostes interea super  
 illā terris partē quā occupabant, truncatim parietes  
 construūt, ac inde assidue in nostros tela cōijciebant.  
 Dū in his angustijs adhuc Lusitanosq; fortunę verfas-  
 rent, vigesima oclaua Augusti Aluarus Castrius &  
 Frācisus Menesius cū potiore classis manu portum  
 exeperūt. Numerus nauū haclen⁹ appullas, viginti  
 quinq;. Quę quū minores pleręq; essent, nō plures q̄  
 400. milites aduexerūt. Reliquę cōtrarijs vētis agis-  
 tarę, Bazainū coactę sunt repetere. Sed postea secun-  
 diores tēpestates noctę, menisē Septēbri, ad Diensem  
 portum, & istę quoq; applicuere. Post Aluari Castrij  
 aduentū, quū hostes ex D. Tho. turri rudera, & col-  
 lapsā materiā eximēdi nullū finē facerēt, leo ille bōs  
 bardicus deorsum cecidit, & basilis⁹ fune suspēsus in  
 ruderum mole subiecit. Quare milites qui postres-  
 mō venerant, tenui adhuc illarum rerum experiens-  
 tia, aut potius temeritate adacti, id nō ferentes, im-  
 prudēter nouas res moliri incipiunt, iactantes vbi tan-  
 ta muroꝝ strages extaret, tāq; patētes vię ad arcē ins-  
 uadēdā capiēdāq; hostib⁹ p̄bite essent, certis ratiōib⁹  
 duci sese, vt crederent, hostiū vim nō in milite, sed in  
 bombas

bombardarū iaculationibus solummodo constitisse; duciq; nostri timore potius q̄ prudētia effectum, vt quū liceret hostem in suis castris vincere, ipsi vltro hostium obsidione teneantur. Hisce verbis, debacchantes, nō pauca item alia iactabant, quæ imperita multitudo furore agitata euomere consuevit. Qua factione reliquos, qui à primordio belli, mira obedientia eouq; imperata fecerant, in suam sententiam contaminatos pertraxerunt. Ad id, leonis & basilisci amissio cumulū irarum adijciebat. Quamobrē congregati, vnanimiter Mascaregnā adoriuntur, ab eo incredibili tumultu ferocitatēq; erumpendi facultatem, castrāq; inuadēdi copiā sibi postulare: Nulla iam re obsidionē, q̄ ipsorum ignauia, perdurare; vile hostium vulgus, occisis iam ducibus & selecta omni iuuentute, ad primā eruptionem profugiturū. His inconditis clamoribus quatenus fieri potuit sedatis, quanta maxima valuit ratione prudens imperator ostendit, quanta clade sibi cognita esset hostium pertinacia & potentia, quā se pro militum raritate, nec vincere nec sustinere posse, satis exploratū haberet. Quare ad castra potestātē eundi nunq̄ se illis sponte sua facturum, nec præterea consiliū daturum, quod omnibus postea perniciosum foret: Orare, vt in tanto rerum discrimine, prudentius q̄ audacius bellum tractarēt. Aliis per audaciā minus peccaturos, Nūc vel minimum errorem, Indiæ imperio perniciosissimum

fore. Nam quod rebantur vile illic vulgus, ac gregarium obsidioni incubare, & multò minores q̄ pro tama copias esset in eo ipsos magnopere falli. Quin potius adesse ibi totius imperij Cambaici vires. Quòd si sprete militari disciplina, iniussu imperatoris, eruptionem facere molirentur, se minime gentium eos in tanta vecordia subsequaturum. Sin (quod melius rectiusq; & quod ipsis, vt fortibus, & prudētibus visis potissimum conueniat) ducis imperium consiliis umq; respicerent: se imprimis authorem esse, vt eos usq; expectetur, donec hostium quempiam intercis perent, à quo hostilis exercitus magnitudinē viresq; cognoscant. Interim verò alijs atq; alijs, quas quotis die expectabant, nauibus in portum appellentibus, fortiore postmodū manu se hostes aggressuros. Quā obrem iterum atq; iterū omnes oratos velle, vt suis monitis obtemperarent, quibus nihil, nisi quod resctum sanctumq; ac omnibus salutare esset, præcipiebatur. Hac contione vt eamq; permotis pacatisq; militibus, vt cum Aluarō Castrio & Fráncisco Menesio, de negotio conferret, se ad suas ades contulit. Ea de liberatio quum inter ipsos versaretur, forte hostes in basiliscum quem suspensum in parietinis relicto sus ille demonstrauimus, anchorarium funem iniiciunt, vt in sublime attraherent. Tum verò milites quum id animaduertissent, per occasionem acceptæ in oculis iniuriæ, ad Mascaregnam concurrunt: Indignam

rem, sic se ab hostibus ludibrio haberi, quum coram in omniumq; oculis talia auderent tentare. Itaque aestuantes, dissono clamore ades complent, potestasq; castra aggrediendi, omni ferocitate pertinacisq; postulant. Inter quos quidam seditiosius quam par erat: patiemur ne (inquit) amplius tali parere duci? Nonne honestius luteæ cuiquam obtemperabis mus statuae, quam huic focordi? Cui Mascaregnas tam prudenter quam ironice: fortasse (inquit) o miles, statua lutea ob inertiam imbecillitatemq; haberi des beo, ac propemodum me talem agnosco. Sed illud etiam scio, te in hoc temerario filio quod tantopere inire cupis, omnium primum in arcem refugiturum. Nec vaticinium sefellit. Nam feroculus ille, primus omnium fugam cepit. Hoc tumultu Mascaregnas commotus, & quod neminem omnium in suam sententiam descendere videret, cessit bacchantium furori, ne seditionem etiam intus concitare videretur. Ire igitur ad arma iubet, centum militibus ad arcis praesidium relictis. Primam aciem Aluaro Castrio, alteram Francisco Menesio ducenda tradit. Ipse (licet inquitus) cum reliquis copiis subsequutus est. Igitur correptis ce leriter armis, & habita breui concione, peraculis sa cris, erumpunt, aggeres transiliunt, inde superatis munitionibus, excubitoribusq; de stationibus depulsis, in castra prouolant. Hostes vero cognita eruptione, sublato clamore, signoq; dato, in nostros prius inuehuntur:

uehuntur: qui quum hostium vim sustinere non valeret, eadem qua venerat, retro abeunt, summa & incondita trepidatione. Itaque insequentibus hostibus, centum circiter de nostris desiderati sunt, inter quos noti egressi Lusitani, Franciscus Menesius, Franciscus Almeida, Lupus Sosa. Rodericus Ferdinandus Chaulienis municipij questor, Franciscus Guillelmus, Nonius Pereira, Eduardus Menesius Pereira, Feriensis comitis filius. Qui omnes fortiter pugnando, oppetiuerunt. Is, quem dixi, Feriensis comitis filius, hostium impetum postremus ferens, faucibus grauius, nec loco tam cedens, indolem suam, clarissimorumq; natalium deo egregie ostendit, summuq; virtutis suae testimoniū reportauit. Nam ceteris fugam ignominiosam exprobrans, eos omni ratione reuocare nitebatur, voce magna in clamans: Subsilite cōs miliones, & peccus fratrum in hostem obuertite, neque tam probe fugiatis, quapaulo ante erupendi facultatem per seditionem extorsistis. Testor vestram fugam, & illam Lusitanice glorie maculam, me aut hic in vestigio moriturum, aut dilapsis omnibus non nisi vltimum rediturum. Quod & ipsum factum praestitit, nam dictorum fidem morte ibidem fortissimè excepta adimpleuit: Fugientium pars statim in ipso certamine interijt, pars vulnerum vi postea extincta est. His tantis malis circumuentus Mascaregnas, quatenus tempus ferebat, disperforum fugam reprimere conabatur, vt vnà collecti, cedentique acie minore iactura sese in

arcem reciperent. Sed quos timor agebat, virtus ag-  
 gregare non poterat. Nam singulitue quilibet saluti  
 consulentes, nullo seruato ordine, fusi dispersiq; ad  
 stationes recurrerant. Aluarus verò Castrius mace-  
 riam in redeundo conscendere admittens, à funditore  
 in capite grauius ictus, subito retrosum in præceps  
 abiit. Quod Mascaregnas animaduertens, protinus  
 cadenti succurrit, & ex hostium manibus ereptam, in  
 arcem comportari curauit. Eo in loco, dum Aluaro  
 Castrio subuenitur, iuxta Mascaregnam, bombardæ  
 manualis iaculo Franciscus Almeida, cuius superis  
 us meminimus, traiectus occubuit. Itaq; hæc acces-  
 ptis damnis, in arcem redire Mascaregnas compellitur.  
 Hæc Calendis Septembribus acciderunt. Porro  
 casus hic tantum terrorem nostris iniicit, vt deinde  
 hostibus inuadentibus, quod singulis quibusq; die-  
 bus fiebat, ad muros accedere formidarent. Quem  
 istorum timorem vix ducis fortitudo animiq; præ-  
 sentia imminuere valuit. Hostes eotrà, victoria hac  
 elati, maiores spiritus cõcepere. Quapropter aciori  
 peruicacia arcem euertere conati, turrim illam quæ  
 superioribus temporibus sub Antonio Silueria, in  
 Rhomæorum siue Thracum oppugnatione proficilla  
 fuerat, rectis cuniculis deiecerunt, ac turrim etiã nos-  
 tuam, quæ supra decumanam veterem portam cons-  
 tructa erat. Potiorem quoq; muri partem demolis-  
 untur. Ad hæc, muro, qui turribus Diuorum Ioan-  
 nis Tho-

nis Thomæq; interitus erat, superato: duas bõbar-  
 das supra ponunt, quarum iaculationibus nostri intus  
 per arcis plateas versare prohibebantur. Præterea ba-  
 silisco ac leone ex Thomæ turri deductis, stationem  
 in ipsius turris fronte constituunt, atq; inde bombar-  
 da ac duabus machinis adductis, domorum tecta mi-  
 ris modis conuulsabant. Mascaregnas verò quum  
 his difficultatibus premeretur, bombardis tormen-  
 tisq; bellicis ad necessaria loca dispositis, hostium vio-  
 lentiam, quatenus fieri poterat, reprimere meditaba-  
 tur. Quare è regione expugnata turris D. Thomæ,  
 nouam turrim excitauit, ex qua & maior arcis pars  
 protegebat, & hostes ita cohibiti sunt, vt neq; extra  
 murum caput efferre, neq; in arcem iacula emittere,  
 nisi cum summo periculo, vltius possent. Interea  
 temporis super fluuium ad Rhomæorum oppidum  
 usq; pontem hostes deduxerunt, opus admirabile,  
 extra aquarum rapidissimos accessus & recessus. per  
 ciem ex insula in continentem plaustra vehibus im-  
 pñtis, ac totus exercitus ad necessaria deportanda  
 trahendq; commebant. Dum hæc ad Diem ages-  
 bantur, mense Septembri nuncius Goam ad Prores-  
 gem defertur, de Ferdinandi Castrij sui filij morte,  
 & clade illa quæ ad decimum Augusti ignis vi obtu-  
 gerat, quam sub finem secundi Commentarij retulis-  
 mus. Quo nuncio etsi dolore cruciaretur, ne tamen  
 militum animos segniore suo luctu redderet, ad Dis-

ensem expeditionem, subsidiaque ferenda: simulata animi alacritate, festiuis purpureisque vestibus indutus, ciuitatem lustrauit, omnibusque palam testatus est, se non tam graui ter ferre interitum filij, quam magni facere, quod honesta morte dignaque suis natalibus occubisset: Verum magno statum hostibus fortissimi adolefcentis funus, & oppugnatam Diurn, inter minas iactitabat. Ita que protinus Aluarum Cugnam cum celoce emittit, cui diplomate ad id dato, colligendi omnes nostras nauas, quae per litus Indicum disperse vagabantur, potestatem fecit imperatque quotquot eo mense aggregasset, illis cum Diurn secum abduceret. Is itaque quinque celocibus cum mediocri hominum manu, sub ipsius mensis finem, in portum Diensem recipitur. A eius aduentu, militum delectu habito, mille ducens torum copiam numerus excedebat. Per hunc scripsit Prorex ad Mascaregnam, ne ante eius aduentum, quenquam extra arcis moenia amplius cum hostibus confligere pateretur. Postea dimisso Goa, Aluaro Cugna, per summam festinationem quadringenti milites, quinque nauibus imponitur, inter quos aliquot architecti & latomi fuere. In varijs vltimis temporibus, Dienfia aestuaria intra paucos dies tenuerunt, Bello itaque promiscuis cladibus seueiente, nostri aliquot hostium nauas, quae ex sinu Arabico in Cambaiam enauigabant, interceperunt,

quarum

quarum

quarum

quarum pars potissima mercibus nobilissimis onusta erat. In ipsidem erat consanguineus quidam Coij Sophari, quem Sopharus ipse dum viueret, Cairum (militis colligendi gratia) amandarat, & is nunc exercitum bene magnum, & ad rem bellicam egregie instructum, secum ducebat. Sed acri nauali praelio superatus, fere omnes suos amisit. Solus enim dum taxat Sophari consanguineus cum aliquot nobilibus, ceteris interfectis, viuis reseruatus est. Verum & ij quum in arcem deducti essent, iugulati sunt, ac eorum capita secundo aquarum refluxu, in hostium castra ac oppidum praeterlabi desueretque sinuntur, ut agniti a suis, luctum in castris ac desperationem facerent. De nostris permulti in hac nauali dimicatione vulnerati fuere, mortui quoque non pauci. At Prorex, qui Goae reliquam classem instruebat, tempus idoneum nactus, cum septuaginta circiter nauibus e portu soluit, ac difficillimis tempestatibus, vsus, Bazainum tenuit. Quo in loco vnica classem, quae ventorum asperitate dispersa, simul appellere non potuit, expectare proposuit. Ibi autem commorans, ne tempus tereretur, Emas nucleum Limicum cum minoribus aliquot longinuisibus ad Surraticum litus inuadendum misit. Qui strage hostium non vulgari, cum ingenti nauium praeda, littoribusque populatis, Bazainum reuertitur.

Reuerso

Reuerso

Reuerso Limico, Prorex qui quamdiu classis in statione littoris ventis aduersis retentus fuit, nunquam vos luerat in terram descendere, post sedecim dies quod venerat Bazainum, anchoris sublatis Diem versus nauigauit, interque nauigandum, iterum Emanuelem ipsum Limicum ad sinum Cambaicum explorandum vexandumque premissit. Qui aliquot hostium nauibus submersis, pagis atque incensis, insuper caede non minima qua quauerlum edita, Brammaluci tamen bene de nostra amicitia meriti ditiosibus intactis, ad Mors tuorum insulam se Proregi coniunxit. Inde rebus omnibus ordine dispositis, velo dato, felicibus auspicijs septima Nouembris, vniuersa classe salua, cum mille Sexcentis militibus Lusitanis, ad portum Diensem applicuit, quo iam appulerat Laurentius Petreus Tabora, dux eius classis quam Lusitania singulis quibusque annis in Indiam mittere consueuit. Is enim vbi Cochinum venit, & quae ad Diem agebantur, rescieuit, classe illie integra relicta, Proregis aduentum vno die antecuerat. Cuius prouida diligentia, indubitata nostri de futura victoria opinionem conceperunt. Prorex igitur arcis aestuaria ingressus, anchoris iactis, nauibusque ordine dispositis, Mascaregnae per nuncium iniungit, vt quam primum ad se veniat. Qui posteaquam aduenit, & de belli gerendi rationibus inter ipsos vtrorumque habitus sermo fuerat, in arcem reuertitur. Postero vero die, in ea parte

parte, qua mesopyrgion illud maius mare respicit, binæ scalae iubente Mascaregna apponunt, per quas nostri sese in arcem, aestu recedente, commodè recis pere poterant. Atque etiam per omnes arcis turres, nec non in ea quae in aluco fluuij posita est, bombardae nouo ordine disponuntur. Cui negotio naues aliquot adhibentur, ex quibus omnibus die noctuque omni contentione in hostium castra tela emittebant. Quae iaculat ioc, ea ruina est facta, quae postea magno vltimis nostris fuit. Nam per ea loca, quali reuultis repagulis, castra tentari primum coepit sunt. Hostes vero his rebus minimè perterriti, alacri erectoque animo, futurum praetium expectabant. Ergo ad munitiones tuendas selectiores milites bombardis manualibus instructos apponunt, quibus & alij praesto erant, ad id collecti, vt igneos globos, & amphoras igneas in nostros proiecerent. Insuper in turribus, quas super flumen in murorum angulis antea erexerant, hic illic patefactis foraminibus bombardas admouent, vt ex ea parte nostros in terram descendere prohiberent. Nam per eum locum suspicabantur Proregem castra inuasurum. Quamobrem quindecim milia militum ad descensum prohibendum eodem in loco vna cum excubitoribus constituunt, qui sacramento militari addicti diuerserant, nostrorum in impetum quibuscuque se rationibus laturos, repressurosque esse. Atque ita reliqua, quae ad descensionem pertinere videbantur, suo ordine



ordine & ferie, tanta prudētia disponunt, vt ea in re magis veteranorū Romanorū experientia imitari eos diceret, quā temeraria barbarorū cōsilia. Prorex igitur nona Nouembris clam in arce descendit, ibiq; rebus gerēdis ordine dispositis, illiusmodi stras regemate hostes ludificatus est. Nam vt falso nuntio eos deciperet, nauas, latomos, calones, lixatq; de tertia vigilia nauibus litus impetere, singulorq; bis nas erectas hastas in manibus gestare iubet: Remigibus verō imperat, vt dextra remos agant, sinistra bombardicos tunc igne incensos teneant, ac vt vehementi tympanorum sonitu, strepituque tubarum immenso, & quanto possent, edito clamore, illā partem, qua hostes opinabantur illum descendurum, simulato lentoque cursu (quum signum ex arce daretur) impetere se fingerent. His ita decretis, arcis cus stodiam iusto praelidio Antonio Corrigie Bazainen si quaestori commisit. Ac postero die, ipso iubente, ex omnibus arcis portis valux ademptæ, ac procul sese motæ, ne nostri in fuga vllam spem reponerent. Orto iam sole, sacrisq; peractis, & signo nauiculis dato, Lusitani ad duo circiter millia & quingentos, erumpunt, hostium muros inuadunt, ac inde agminibus in ordinem digestis, ad stationes hostiū contendunt. Illi porro quibus nauale negotium commissum fuerat, signo accepto, in illam partem in qua potior hostium manus nostros operiebatur, naues eo ordine

vt im

vt imperatum erat, dirigere se simulant. Hostes vero vbi vexillum regium, insigniaque militaria conspexere, ac quò classis tenderet animaduertunt, illi lic totius exercitus vim adesse existimantes: magna ex parte stationibus desertis, confertissimi sese ad litus proripiunt. Quamobrem nostris exeundi minori periculo potestate facta, Mascaregnas (cui prima acies concredita erat) quadringentis militibus consistipatus, primo loco eruptionem in castra fecit. In eo conflictu concursuque ad muros, de nostris circiter quinquaginta desiderati sunt. Sed succurrentibus confestim alijs, hostes retrocedere & animum remittere ceperunt. Quod vbi ab ijs qui ad litus classis nostræ obuiam iuerant, est animaduersum: protinus ipsorum selectior manus ad eum locum, vbi dimicationem vigere cognouerant, se contulit. Ibi que praelio conferto, incipiti Marte consueque pugnatum est, donec à Protege periculo cognito, milites qui subsidio irerent, ilico mitterentur. Ipse autem Prorex cum Laurentio Petreio Tabora inter illud flexuosum & multis sinibus ambagiosum vallum procurrens, turrim quandam expugnat, ex qua nostri antequam caperetur, multa intesta patiebantur, omnibus ibi hostium presidijs ad vnum interfectis. Id tamen nō absq; discrimine. Nā Eduardus Barbutus vexillifer, bis in cacumē euadēs, bis inde deiectus est, sed tertio, nouo impetu facto, pertinaciter irrumpēs,

H ij

vexillū

vexillum tandem ad pinnacula affixit. Expugnata turri, ac custodiibus tradita, per tramites istius inuio si valli iterum recurrētes, aliquot ex hostibus intereficiunt. Ceteri loco deserto, fuga in castra conuolabant. Interim hostium manu subsidijs firmata per Rumečanū maximi imperij ducem, tam vehemēter in Mascaregnam impressio fit, vt nostri impetum sustinere amplius non valerent, & ordine turbato resilire occiperent. Id ipse Mascaregnas anis madaertens, conclamat, suosq; ad restituendum hortatur: Vrgerēt victoriam, quam iam propemodum adepti essent; non superesse victis vlla sustugia, ex armatam esse arcem, ablatis valuis, quicquid munitionis fuit, non iam minus hosti, quā ipsi patere, adesse omnia auxilia, quæ à suis sperari possent, aut his copijs esse vincendum, aut percundum, meminerint se nō minus pro vita, quā pro imperio pugnare. Si pedem referrent, nec victis vitam, nec mortuis sepulturam immanissimum hostem concessurū esse.

His ducis vocibus experrecti, tanta animi præstantia in hostes se referunt, vt quanquā per summam pertinaciam hostes resisterēt, impetum tamen nostrorum amplius sustinere non possent, effusaque fuga terga verterunt. Quare dispersim palantes, alij per pontem, alij per vada, natando currendoque, se quotquot potuere, extra insulam eijciunt. Itaq; oppido capto, castrisq; superatis, in omnē sexum ferro

ignēq;

ignēque sevitum est. Quæ à conflagratione fortunæ casus immania iniuriolāque seruārat, iubente Prorege diruta euerſaque prorsus fuere. Hic exitus amplissimæ ditissimæq; Diensis ciuitatis fuit. In castris verò & in oppido videre licuit trifidua, mēsaq; stratas, cibariaque igni apposita, inuentaque in toto esitiā mēsculenta, tanquā pacis tempore vānam exposita. Non enim de tam subita fortunæ mutatione quisquā corum vel cogitārat. De nostris hoc prælio ciciter centum quinquaginta occubere, inter quos noti equites Lusitani, Georgius Soza, Ioannes Emanuel, Franciscus Azeuedus, Baptista Persona, Colinus Pāua, Balchazar Georgius, Eduardus Rodericus Nazinus, Vasceus Ferdinandus, Arius Gosmerius Quadrus, Iulianusq; Ferdinandus militum censor, qui omnes cum summa gloria acriter pro suis de pugnando, mortem appetere. Ex hostibus supra quatuor militum millia eo die cecidisse compertum est. Rumechanus verò, quem loco Sophari patris à Mamudio rege, exercitus ducem maximum fuisse constitutum, disseruimus: euadere cōtens, insignibus imperatorijs detractis, quum à nostris ad oppidi fossam cognitus esset, fortissimè resistens, interiectus est. In eodem quoque loco Audocanus, qui prædie quā prælium commissum esset, cum quinque millibus militum in castra, venerat, vñā cum Hidaicano externorum militum duce occisus est. Alij præ-

H ij

terca

terea quatuor regis Cambaiz strenui daces sibi desis derati sunt. Iuzarcanus iunior pro virili dimicans, viuis captus est, & magna cum reuerentia Proregis iussu à custodibus seruatur. Solus autem ex duobus præcipuis Moiatecanus equum nactus, per pontem, citato cursu euasit. Regum Cambaiz vexillum, atque plura militaria signa ad Proregem delata sunt, lam promiscuæ multitudinis, virorum mulierumque, & puerorum interfectorum numerum immensum & miserandum fuisse constat, quibus rabies militum & suis antea malis, & nunc lociorum mortibus irritata, nulla ratione parcere iustinuit. Quippe non solum non ab infantibus, aut grauidis mulierum vteris, sed ne brutis quidem animantibus ferrum abstinuit militaris furor. Relicta sunt ab hostibus omnia tormenta bellica, inter quæ etiam leo ille & basiliscus fuere: qui ad Thomæam turrim ab hostibus erepti, causam tantæ cædis non ita pridem nostris attulerant. Vniuerso hoc bello, compertum est, cecidisse de nostris militibus, tã ad Dium, quàm in naualibus prælijs circiter mille sexcentos. Prorex autem victoria parta, quos vltimo hoc prælio desis deravit, sepeliri q̄ honorificentissimè iussit, sauciosq̄ reficiendos curauit. Inde militibus congiario stipens diòque dato, ac virtute singulorum pro cuiusque meritis honorata, arcem procinus à fundamentis noua ratione ædificare cepit, Laurentius verò Petreus

treius Tabora, rebus omnibus ex animi sententia transactis, Cochinum ad classem reuertitur. Inde rauius à terra solutus, saluus Vlyssiponen applicuit.

TERTII ET VLTIMI COMMENTARII DE BELLO CAMBAIGO, FINIS.



COMPTONALIS III  
regis Iohannis, regis Anglorum, et regis Francie  
Francis, Comitis de Charta, et regis Francie  
Philippi, regis Anglorum, et regis Francie

SICUT ET ALIUM COMITUM  
TAMEN DE REBUS COMITUM



1286

